

A florere in eadem arte excellentes quidam, Aldogrius, & Lucas Lugduno Batavius.

Superiori vero arte in Belgio quidam Philippus Gallus, cujus filii etiam hodie in eisdem exarte exercent.

Obierunt pridem apud Hollandos, Hubertus Golzius in Brabantia, Adrianus Collaert, Gisbertus Venius, Hieronymus Vvrius. In Italia, Cornelius Cortius hujus artis peritissimi, ut quorum formis univrsus penè Christianus orbis redundat, & cum voluptate ab istiusmodi rerum cultoribus possidentur.

AMUSEATORES. TYPOGRAPHI.

Quere sub Locis particularibus.

CÆLATORES.

Vide etiam Loco proprio.

STATUARI.

Quere in Loco de STATUA. Ibidem etiam Futores, Sculptores, ex ere, metallo, saccharo, &c.

CHYMICI.

Require Locum de CHYMIA.

MALLEO.

Superius vocant Græci propriè Malleo utentes artifices, quamcumque inducant, Exempla de Faborum pete catalogo.

ACU. HUC scilicet PERTINENT SARTORES, SARTICES.

Hic Instrumenti solius habetur ratio. Quatenus verò hi ipsi vestes faciunt, inter Vestitarios opifices recenseri debent.

GNATHENIUM sartis, à qua Philippus Macedonia rex Persicum, qui sibi successit in Regno, suscepit. Plutarchus in Arato.

Nymphidii Sabini Avia materna sartrix fuit memoria.

Vide Tit. Politicum inventis magistratum assidue comparare.

RODOLPHUS Habsburgensis Comes, sæpe in castris, antequam Rex fieret, vestes confuebat, & suo exemplo milites ad frugalitatem hortabatur, non omnia prodigerent: non esse indignum dicens, artificis obire munus, si artifex desisset. Cæspin.

PASQUILLUS sartor Romanus, atque adeo pontificius, mira in reprehendis aulicorum, Cardinalium, ipsorum quinetiam Pontificum vitia occasione dedit aulicis literatis, ut scripta qualibet famosa incerto auctore edita in Pasquillum referrent. Eo mortuo, cum prope tabernam ejus in Parione statua marmorea gladiatorio habitu effusa esset, & eodem loci in via publica erecta, populari joco Pasquillus appellari cepit, quod illic obdiacitatem notissimus magister Pasquinus habitasset. Vulgi ludum aulicorum confirmavit auctoritas, & qui viva voce hominum mores publicè infestabat, mortuus sola memoria sua epigrammatophori munus subuit, cum statuz huic scripta maledica omnis generis noctu affigerentur, quæ à loco ipso Pasquilli nomen sibi vindicarent. Hæc Antonius Tibaldus Ferrariensis senex honestissimus à se Romæ vita testatus est: cujus narrationem Ludovicus Castelytreus Muineensis suis in hymnum Annibalis Cari animadversibus inseruit, ut ex non vulgata historia Pasquilli munus esse probet, politica tantum, non literaria, eaque non obscura, & levia, sed gravia, & manifeste errata: non plebeiorum, sed clarissimorum hominum: Pasquinus in notissimis tantum ob hominum splendorem, & rerum atrocitatem factis plebeja hac maledicentia fuerit usus.

JO. BAPTISTA GELLUS, sartor, & Academicus Florentinus Eruditionem ejus (qua cum Simone coriario, Socratis audite, certare possit) testantur Dialogi ab eo conscripti patriæ lingua, il Bottoio, Pontificia virgula jam non semel hæreticos damnatus, cum Circe, quam ex Plutarco Gryllo mutatus esse videtur.

PETRUS LANDOES Sartoris filius, ad summam evehctus dignitatem. Vide Tit. Obscuro orti loco, qui clari evasere dignitatus profanis.

JOANNES BALVÆ Cardinalis Pictavienfis Pater sartor fuit, qui sub Ludovico XI. Gallorum rege sub arbitrio regum administravit. Fulg. lib. 6. cap. 10.

JOANNES GALBACIUS Viccomes, obesus, & corpulentus, cum multo cibo, & potu vètem fartiffet, post cœnam cum iret cubitum, vocari ad se Sartorem suum iussit, cum redarguens, quod auctorem thoracem fecisset. Tum sartor: Cras optime

erit, inquit acceptam vestem domi, reposuit, & crastino die, cum dominus post concocionem furtxisset, vestem fore amplissimam praxidit. Poggius in Facetiis.

JO. CAPENOLLE Gandavensis sartor, cum Gandavenses Maximiliano I. rebellasset, ducem se illis præbuit. Cranzius lib. 12. Saxonia cap. 34.

PAULUS VARADIENSIS sartor. Vide Tit. Adulterii iusta pena.

JOANNES à LEIDA sartor, Anabatistarum Monasticum rex in Vestphalia, prophetam se mentibus, exactis honestissimis quibusque civibus, novam Reipub. formam constituit, leges, & magistratus tamquam ex divina revelatione imposuit, & omne aurum, & argentum in unum conferre iussit, vestitum mutare, domos permutare, ne quisquam se aliquid proprium possidere crederet, aliquando ob levissimas suspiciones sub divini iussu præteritum mactari cives. Urbem vocavit Hierusalem, sese verò Israclitas. Gilbertus Cognatus lib. 8. narrat.

SUTORES.

Latissimè patet Sutorum ars, respectu organorum que efficit. Eaque propter sub efficiente instrumentali uno titulo Sutores completi volumus, qui secundum formam organi quad faciunt, ad Vestium, ad vestorum artifices quoque referri possunt. Jam quia Sutores idem quoque corium, quo utuntur, præparant, materiam respectu ad materiales differentias pertinebunt. Ratione distinguenda sunt ea, que respèctu consummationis deprehenduntur.

Sutorie inventionem Boethio cuidam Plin. assignat. At Hebraeos primos sutores fuisse ex sacris divinaret licet, quando Exodi 3. Moysem calcatum fulvis liquet. Polydorus lib. 3. c. 6. de Invent. rer.

IPHICRATES Sutoris F. Atheniensis orator, & imperator, primus spoliis epigrammata addidit, quo duces mentio fieret, cum superiori tempore solius urbis nomen inscriberetur. Suid.

DRONTIUS Mitylenæus, vel Mileus ex sutor poeta, unde Scytobrachion, & Scytheus dictus est. Scripsit Bacchi, & Palladis exercitum, & Argonautica libris sex, & quibusdam, id est, fabulosa pedes tri oratione. Fuerit multi & alii Dionysii poeta.

Plures auctorem generis Vitellii Imp. libertinum prodiderunt. Cassius Severus, nec minus alii, eundem, & Sutorum Veteramentarium, cujus filius scionibus, & consularis uberius compendium naus, ex muliere vulgari Antiochi cupidum furnariam exercens interfectus à populo, quia corvum vocalem vicini sutoris interemisit. Vide Tit. Pæna inhumanitatis erga viros. Item tit. Sumpus collati in aere.

P. ALPHIENUS VARUS, Cremonensis, sutoris filius, abjecta futrina, quam in municipio exercuerat, Romam venit, Ser. Sulpitium in jure audivit, tantumque promovit, ut beneficio artis hujus, & latum clavum fumeret, & cum P. Vinitio consulatum adipisceretur, & mortuus publico effereceret funere. Reliquit libros Digestorum, & Collectaneorum. De eo Horat. lib. 1. Sermonum.

— ut Alphenus vaser, omni Abjeto instrumento artis, clausaque taberna, Sutor erat sapiens operis.

PLANCUS Mæviam Gallam uxorem habuit, non satis probati nominis faminam: Cum autem amici causam agentis, retis ex adverso Sutor processisset quidam, Plancus villitate officii testem suspectum reddere cupiens, quasi incognitum, seiscitatus erat. Qua arte se regeret? Gallam inquit, calco. Gallam autem sutoris instrumentum erat. Qua æquivoicatione nominis Planco uxoris impudicitiam exprobravit.

Gallus quidam Sutor cum vidisset Caligulam Imperatorem hunc deorum, nunc mulierum vestitu turpiter incedentem, atque in solio eminentissimo tamquam Deum sedentem, Jovis chlamyde amictum, tantam insolentiam irrisit. Quæ re animadversa, Cæsar ad se vocavit hominem: rogavitque, Quid sibi videretur? respondit Gallus: Hanc magnam demeritiam videri. Sed Imperator, eo quod dictum satis liberum esset, æquo animo tulit. Adeo principes hujusmodi, quorum animo ferre solent plebeios homines liberè loquentes, quam præditos aliqua dignitate. Dion. in Caligula.

MARTIALIS in Sutorum quandam, qui Cleonis exemplo prius ad summam evehctus divitias, ut venti erant, ita velum in altum sustulit: deinde ad pristinam rursus inopiam largitionibus suis redactus est, ut nihil jam esset nisi cerdo: Lulisti, inquit, satis est: sed te, mihi crede, memento, Intra pelliculam cerdo tenere tuam.

Erasmus in Adagis.

TORNO. TORNATORES.

Diatretarius, Cælator, qui tornata opera facit.

THERICLES quidam celebratur, qui primus exerebintho calices torno facere solitus fuerit, per quem probatur materies Plin. lib. 16. cap. 40.

PERSEI Macedonum regis duo filii Romæ cum patre interiere: tertium Alexandrum, ægegiem artificem in torno, & cælando arguto opere, referunt fuisse: inde Romanis literis, & sermone perceptis scriba operam præbuisse magistratibus: coque in munere habilem, & scitum reperitum. Plin. in Paulo.

In provinciis Vestogothorum, Kindia, ac Marchia dictis, peritiores in opere tornatili artifices, quam alibi in cunctis regionibus Aquilonis, reperiuntur. Eo namque quæstio pro maxima parte vivunt, sicque alterna æmulatione ligneorum vasorum pulchritudinis inventionem contendunt, quemadmodum vitriarii in Murano Venetiari. Olaus. l. 13. cap. 38. Sept. reg.

Tornatores apud Turcas sedendo suum opificium nõ exercent, neque propendentem peritiam habent, quæ lignum vertet: sed sinistra manu, oblongum articulum tenentes, ligni versant, manique dextra cælum tenent, cujus infimam partem inter pedis digitos imponentes, in quam necesse est partem, ad opus suum concidendum, impellunt. Petr. Bellon. l. 3. observ. c. 19.

ALFONSUS ATESTINUS dux Ferrarientis, cum in pace libris operam daret, & per eas maxime voluptates, quæ erudit ingenii solertiam respicerent, atatem traduceret, ab aliquibus remissioris potius vitæ, quam nobilioris exercitationis cupidus putabatur: quippe qui non semper ad retrahentem mensam nobiles convivas, sed præstantes variarum artium artifices jucunda comitate perurbanos, cum animo remittere vellet, admitteret, sæpeque ad conterendum otium in officinam se abderet, incundissimo labori adeo intentus, & tornatiles tibias, & alvi luforii latrunculos, miræque elegantie pyxides, & figulini interdum operis vascula manu argutissima fabricaret: quod studium postea magno usui, decorique futurum, ad fabrilem conflandi artis industrium indefessus extendit, successu operum usque adeo felici, ut summe auctoritatis opifices superaret, & præcellenti temperata inusitata magnitudinis tormenta ejus ingenio funderentur. Jovius in Alfonso.

FELI PLATERUS Basilicensis medicus, ea ingenii felicitate, quam æquæ vocat Arist. ut celerimè, & exactissimè quæcumque artificiosa imitaretur: feris medendi, corpora secundis, plantas, & metalla tractandi occupationibus, non musica tantum, sed & mechanica interludia, tornandi præsertim, intericere consuevit, ea quidem arte, ut vel cum iis, qui in ea sunt arte præstantissimi, conferti posset, & ceteræ.

PISTILLO. PISTORES.

Pistores, & Pistones à pistendis, & pistillo contundenis frugibus, pistillo inquit vel manuali, vel machinali: Ceterum quia iisdem quoque ex contriti frugibus panes facere olim consuevere, idcirco Pistores inter Alimentorum confectores paulò post commenerantur. Hic satis sit diverfitatem respectus annotasse.

HALIATTEM fama est. Cresci patrem, alteram uxorem duxisse, liberosque tulisse alios. Legitur infidientem Cresco novercam venenum Pistrici tradidisse, confectumque ex eo panem ut Cresco daret, iussisse. Id indicasse clam Cresco pistricem, atque illius natis eum panem apposuisse. Cujus meriti regnarent Crescum Delphis apud Deum sicut testem rectè, atque ordine mulieri gratiam retulisse, aurea ei statua posita. Plutarchus de Pythie oraculis.

Non fuisse Romæ pistores ad Periculum usque bellum, annis ab Urbe condita super quingentos octoginta, testis est Plinius l. 18. c. 11. ubi rationes aliquot arte conditi panis ostendit.

Conon præfectus classis Græcæ pinis panem ad sumum balnearum. Vide Tit. Avari dices, vel in Alimentis.

MOLA. MOLITORES.

FRUGUM:

SAMSON Hebræorum judex captus à Philistis, in ergastulum ad molendum detruditur. Vide Tit. Roborum.

In Laconia è Therapæ Taygetum versus procedo. Eo in loco molam primum omnium reperisse, & fruges molere docuisse Myleta, Lægis regis filium tradunt. Pauf. in Lacon.

PILUMNUS Jovis filius pilendi, ac pistendi instrumentum invenit usum, hunc Pilumnus dictus, & à pistitoribus colitur, & ab ipso pilum dicitur. Servius lib. 9. Æneid.

Molam afinariam præficus fuisse accepimus quæ a fellis circiterget: siquidem mola leviores, & mangaria, quas rustales vocant.

In SUTOREM idem Epigrammatum lib. 9. Dentibus antiquas solitus producere pelles, Et mordere luto putre, ut usque solum.

Prænestina tenes desunt in rura patroni, In quibus indignor sibi celsa fuit.

Rumpis, & ardenti madidus crystallæ Falerno, Et prunis domini cum Ganymede tui.

At me litterulas stulti docuere parentes: Quid cum Grammaticis, Rhetoribusque mihi;

Frangere leves calamos, & scindere Thalia libellos, Si dare futuri calcus ista potest.

CRISPINUS, & CRISPINIUS ex urbe Roma Sueffionem in Galliam profecti peregrinationis gratia, arte sua futoria calcis pauperes juvabant, multosque ad fidem deducebant: sub Maximiano deinde interfecit, templum etiam apud posteros in Urbe meruerunt. Volat. Antiphr. lib. 14.

Saxones quidam Roskildiam inhabitantes, machinarum bellicarum periti, Erico regi Danorum, contra Nicolaum electum, tormenta aliquot suppeditarunt: quorum usu Ericus Haraldum fratrem defecitorem, arcem prope Roskildiam relinquere coegerat. Cæterum vitæ tandem Erico, Nicolaus Germanos comprehendit. Eos Haraldus, tum quia tormentorum opifices, tum quia falso de nec sua gloriantes audierat, extremam partem præficus deformes reddidit, percontatus an Haraldus eorum jaculis interfectus esset. Tunc Quidam ex his applicatum ori suo cultum apicem, parcendum sibi, quòd doctus esset, asseruit. Haraldus hominem literarum peritum existimans, revocato lictore, ad epistolas perductum, ipsas (ut fieri assolent) solennium nuncupatione verborum dedicare precepit. Cui captivus: Suedi si non sacrandi professorem, respondit. Haraldus hominis acuminem delectatus, impunitatem astutia tribuit, vitamque, quam deceptus abjecerat, correctus repetere erubuit, ne errorem supplicio emendare videretur. Saxo lib. 13.

URBANUS IV. Pontifex humillimo in Tricassibus loco natus Patre futore veteramentario, fed indole animi nobilis. Æmilius lib. 7.

JOANNES XXII. Pontifex Pater Gallus fuit cerdo. Fulgofus lib. 3. cap. 4.

MARCUS Taurinus futore Venetis Taurinum restituit. Vide Tit. Magistrum comoda promovere.

THEOBALDUS VOLPNARDUS Rubecæ oppido Alfatia strinam exercuit, ea inter cives suæ auctoritate, & gratia, ut C. omnibus honoribus legitime summa cum laude functus sit, & moriens magnam sui desiderium reliquerit. Suscepit ille ex Elizabetha, Conradi Pellicani sorore, filios duos, Teobaldum & Conradum natu majorem, qui sese Græca allusione Lycostenhem appellavit, & Theatri vitæ humanæ prima fundamenta jecit.

SCALPRO. SCULPTORES. TUM MARMORUM.

Vide sub Tit. Statuariorum in specie, Sculptores marmoris, illic Forma que induciunt, hic organi, per quod forma induciuntur, habetur ratio.

METALLORUM.

Consule Tit. Cælatorum, item Statuariorum in specie, quatenus metalla cælant sculpuntque.

GEMMARUM.

MNESARCHUS Samius, annulorum sculpsor, Pythagoræ philosophi pater fuit.

THEODORUS Samius Teleclis F. gemmarum signatoriam D. smaragdum sculpsit Polycretati tyranno Samiorum, quam cum ille ex omni thesauro carissimam haberet, ex confilio Amasis regis Ægyptiorum in mare abiecit, ad fortunæ prosperitatem aliquatenus restitandam. Herodorus lib. 3. in Ægead.

Imeniat ætate, multos post annos, apparet salpi etiam smaragdus solitus. Confirmat hanc cand em opinionem edictum Alexandri Magni: quo vetuit in gemma fe ab alio sculpi quam à Pyrgotele, non dubie clarissimo artis ejus. Post eum Apollonides, & Cronius in gloria fuerit, quique D. Augusti imaginem expresse, quo postea principes signabant, Dioctrius. Plin. lib. 37. cap. 1.

AUGUSTUS CÆSAR in diplomatibus, libellisque, & epistolis signandis, initio Sphingæ usum esse: mox imagine Magni Alexandri: novissimè sun, Dioctrius manu sculpsit, qua signare insecuti quoque principes perseveraverunt. Suetonius.

L. B. vit. Human. Theat. Tom. V.

A vocant, hominis manu circumferuntur: graviore iumentaria ad iumentis, quibus occluduntur oculi, aguntur in gyrum. Utus molarum ad manum in Cappadocia inventus, inde inventus usus earum ad ventum, & ad equos, Paulo ante Augustum mola aquaria aquis acta, Romæ in Tiberi primùm facta. *Pomponius Sabinus, & Brodeus in 1. Epigrammatum.*

Amylum ex omni tritico, & filigine, sed optimum è trimitico. Inventio ejus Chio insula debetur, & hodie laudatissimum inde est, appellatum ab eo, quod sine mola fiat. *Plin. lib. 17. c. 7.*

PITTACUS Mityleneus, unus è septem, magnis laudibus molaem evehebat; idque ejus encomium decantabat, quod in exiguo loco multi sese exercitare possent. Extat cantilena apud *Plut.* quæ ob eam causam Epimylion dicitur:

*Ἐνα μίλια ἔδωκε
ὁ γὰρ Πιττακὸς ἄνα
μυλάδος μυτιλήων ἑσπέρων.*

Mole mola mole: nam Pittacus molit magnæ Mitylenes dominator.

Jocabatur ille quidem, quod pistinæ veterum ad corrigendos fontes plurimum valere viderentur. Reverà tamen mola ipsa vite hominum utilissima existit. *Aelian. lib. 18. de Var. hist.*

NEMONEM molitorem Atheniensis occidendum esse pronuntiarent, quod Pelleneum puerum ingenium sciens dolo malo in pistinno, ac vinculis habuisset. *Erodianus ex Diwarcho contra Demophilum.*

Molitor, cui Menedemus, & Asclepiades Philosophi rotam noctu circumagebant, eos omni nomine apud Areopagitas accusatos, suo liberavit testimonio. *Athen. lib. 4. cap. 20.*

Cum Athenis fame vehementer laboraret, & hi, qui iusti fuerant, frumentum non essent in publicum, sed domi clanculum molerent, ac noctu: curiosi quidam obambulantes observato molarum strepitu, eos prodiderunt: atque hi quidem Aliteri dicti sunt, quædam modum & Sycophantæ. Ceres dicta est ἀλσίσθη, & Jupiter, ἀλσίσθητος, quod in publica fame servassent molitorem, ne farina diriperetur. *Eras. in Adag.*

ARISTOPHANES in Equitibus Eucratidis molitoris meminit, inquitens:

*Ἐκράτης δὲ μὴ ἐναφύσῃ σὲ καὶ γὰρ οὐκὰς τὰς ὀδὸς,
ἀπέρ κῆρπῆτος ἐνέργει δὲ κῆρπῆσιον.
Caveo, ne te effugerit: noviti vias,
Quibus Eucrates effugerat per furives.*

Taxat obiter Eucratidis mores, qui cum molitor esset, tamen rempublicam administrabat. *Eras. ex Suid.*

Romani Sabinas rapuerunt. Ex federe deinde cautu, ne viro Romano Uxor vel moleret, vel coqueret. *Plut. in quæst. Rom.*

Molæ Romæ in Tiberi ad Janiculum fucere antiquius, ut auctor Procopius est, ad molendi usum: quia in angustum ibi primo aquarum ingens vis cogitur, ac per canalim mox in præceps acta, violentius defertur, ac ruit. Quo nomine videntur Romani veteres collem Janiculi muro circummunivisse, hostibus ad molas asilutes ne pateret. *Cæli. lib. 7. cap. 18. Ant. lect.*

PLAUTUS Comicus ex mercatore molitor. *Vide Tit. Studium in scribendo.*

Refert *Julius Pollux lib. 7.* de Servis in pistinno laborantibus, quibus machina rotunda circa cervicem addebatur, ne manum omi liceret admovere. Id factum, ne devorarent farinam. Machinam appellabant *πρωσπῆλιον* sive *καρπὸς ὀπίον*, quod arceret ad devorandum. *Eras. in Adagiis.*

Molitor prodit per incitiam Ecbertum prætorio Saxonie præfectum. *Vide Tit. Scelerum pana divina.*

PAULUS CHINIS Ungarus humillimo genere natus, è pistinno frumentario in militiam eductus, sub Magyare Blasio primùm meruit: cognomen à paterno pago inditum. Inauditi animi, corporisque viribus fuit: statura, robore, lineamentisque membrorum Herculi profus affimilis. In paterno pistinno molam sæpe frumentariam, sine quoquam adminiculo, quandoque vas vinarii vix curru tolerabile, solum homo sustulit. Armatum quoque hominem dentibus surreptum, inter militares choreas, armatus saltando circitavit. In palestra, & pancratio semper indomitus Blasio contubernio usus, sic illi gratus fuit, ut non munia modò quæque militia postissima statim obiret verum etiam ejus filiam uxorem duxerit. *Bonfini lib. 2. Dec. 4.*

PETRUS IEMACOLDUS molitor Laudensis tyrannus evadit. *Vide Tit. Crudelit. zelotypæ erga uxorum superatores.*

Lituanii molendina sive pistina manualia in pagis, & oppidis trina, quinave domi habent, eisque ad comminendas fruges utuntur: dumque hæc molendina manibus veterunt, pa-

trio more agrestem quandam concentum edere solent, dicentes: Molo, hocque verbum frequentius ad cantilena similitudinem repetunt. Id aliqui est tam viris quam mulieribus peculiarare, ut de illa re, quam præ manibus habent, cantilenas agrestes canant. *Guagnin. in descriptione Lituaniæ.*

OPIFICES ORGANI SECUNDUM USUM, SIVE ACTIONEM, QUAM IMPRIMIT, CONSIDERATI. Sic organa fabricantur in ANIMUM, UT SUNT ORGANA, QUÆ OFFERUNTUR VISUI.

Nimirum pictura, Statuæ. *De his supra à inter Opifices consideratos respectu Formæ. Scripturæ, Tabellæ, Scribæ, Notarii.*

In arte scriptoria duo observantur: Officium scilicet (vine Librarii, Tabelliones, & Notarii, & Aduarii dicuntur: quorum posteriores inter magistratus species ab *Aristot.* in 6. Polit. circa finem connumerantur) & ipsa Scriptio, sive actio scribendi, cuius artem nemo nisi Grammaticus rectè profiteri potest, Tria enim requirit, ut rectè, ut eleganter, ut celeriter, & expeditè scribatur. Rectè scribere, quod & summa artis est, docet Orthographia, inter quatuor Grammaticæ partes veluti basis reliquarum, quibus quoadque nomen litteris exprimi, qui accentus, quæ commata, cola, & periodi adhiberi debeant, docens. Cujus tanta est necessitas, ut si in ea peccetur, nullam nec elegantiam, nec celeritatem laudem amplius mereatur. Eleganter scribere, imitationis est probe, & quædam veluti picturæ species. Cujus exempla etiam à *Tit. Falsariorum* peti possunt. Celeriter scribere, partim naturæ est, veloci ad nutum manu literas posse exarare: partim artis, notis quibusdam integrè verba significare (quarum Cicero auctor fuisse perhibetur) de quibus *Martialis*: Curram verba licet, manus est velocior illis; Vix dum lingua suam, dextra peregit opus. Quæ tamen nota cum multarum litterarum in contrariis causis essent, aliis alio modo easdem notas interpretantibus: edito cautum fuit, ne quis amplius in foro, & iudicibus notis istis uteretur. Apud nos ignotum est hoc scribendum compendium, nisi quantum ex antiqui marmoribus, & scriptis colligere licet. In notarum locum successere apud veteres abbreviaturæ (sæpe enim vulgè appellantur) quibus longè certius ea, quæ volumus, scripso exprimere possumus, quàm G

notis, nec minore celeritate, quandoquidem minutis litteris, uti consuevimus. Cum itaq; ars *γραφῆ* potissimum in rellæ literarum compositione, & expressione posita sit, secundariò, & per accidens in elegantia, & celeri picturæ: manifestum profectò esse arbitror, artem scribendi ad Grammaticam in primis spectare: & per accidens tantum politiciæ rebus involvere, ita ut inter magistratus quoque connumeretur. Pari namque ratione Philosophia inseruit, mercaturæ, & æconomice, omnibus denique humane vitæ actionibus, quæ memoria mandare, aut absenti significare volumus. Quæ enim Grammatica organum est commune omnibus artibus, & disciplinis: sic etiam *γραφῆ*, quæ est Grammaticæ pars. Definuit enim Grammatica, ars esse rectè loquendi. Et hoc quidem in genere de Scribendi arte dicta sunt. Jam verò ipsam officium inter mechanicas artes referri debet. Inseruit enim, de *ἰστέον* *ἰστέον*, vel Theoricæ vitæ (ut puta quando libri, & monumenta doctorum bonum describuntur, quos Librarii olim vocabant: in quorum locum successerunt hodie Typographi) vel vitæ prædicæ, in foro potissimum, & iudicibus, quando ad iudiciorum, senatusconsulti, leges, & edicta, memoria posterorum scriptis commendantur: quod quidem officium, quia arcana multa tradit, H nonnisi spectata fidei hominibus committi debet, quos idcirco *Aristot.* inter *ἀπὸ ἀπὸς* connumerare non dubitavit.

Cancelarius, idem, opinor, qui actuarius inde ducto nomine, quod ejus officium, id est, cellula, in qua scribere consuevit, cancellis munita sit unde *tit. l. c. 1. De assessoribus, & domesticis, & cancellariis iudicium.* Nam cum actuarii officium libellis, sive chartulis sit referendum, & frequens habeat intervotos, neque ab illorum colloquio prohibetur, & ab amittenda chartarum periculo abest. *Hotom. de Verbis iuris.*

Librarium quorundam nomina, & anathemata, cum instrumentis graphicis *Pete ex lib. 6. Cræcorum Epigrammatum.*

ESDRAS scriba velox, & sacerdos, universas Hebræorum doctrinas habuit in memoria. Id quod præter Sacras literas *Josephus etiam lib. 1. cap. 5. Ant.*

Eusebius lib. 1. Phœnicæ ait in theologia sua putasse Mercurium Trismegistum scribam fuisse Saturni Cæli filium, cuius opera usus sit Saturnus in tuenda matre: cumque hic australis mundi partes peteret, universam Ægyptum Mercurio reliquisset. *Ludovicus Froes in lib. 8. August. de Civit. Dei. cap. 26.*

Hierax

Hierax, à quo Hieratica hæretici, vir doctissimus, & calligraphus, quia optimè pingebat literas quasvis. *Vide Tit. Hiereticorum.*

Echines orator scriba fuisse dicitur in iudiciis. *Vide Titulum Poetarum tragicorum.*

Cn. Flavius Appii Claudii scriba, Actiones juris civilis primus vulgavit. *Vide Tit. Legislatorum.*

Alexander filius Persei, Macedoniarum regis, à Paulo Emilio victi, & in carcere Romæ mortui, notariatus officio sese alere fuit coactus. *Fulg. lib. 6. cap. 11.*

Cicereus scriba, competitor Cn. Scipionis. *Vide Titulum pudoris.*

L. Caninus scriba pontificum, ob incestum virginibus Vestalibus Opimæ, & Floronæ illatum, addè atrociter in foro à Pontifice flagris castus est, ut inter verbera expiraverit. *Sab. lib. 2. Enn. ex Plut. Fabio.*

Alexis, T. Pomponii Attici puer amanuensis, cum Titus morbo impeditus sua manu, uti consueverat, ad M. C. Cicero nem scribere non posset, nitebatur effingere manum Pomponii. *Vide Tit. Mechanica imitatio.*

Titus Imper. imitari stylo cujuscumque chirographum joco inter suos testatus, potuisse se falsarium fieri optimum testabatur. *Suet.*

Diocletiani Imp. Pater notarius Dalmata fuit. *Fulg. lib. 3. cap. 4.*

Mauricius, & Theodosius tertius Impm. primò notarii, sive scribæ fuerunt. *Fulg. lib. 6. cap. 10.*

Theodosius Imper. Arcadii filius, præter ceteras animi dotes fuit quoque calligraphus, ita ut multa quoque ejus scriptorum ad sua usque tempora conservata esse, testatur *Nicephorus lib. 14. cap. 3.* Evangelica videlicet, & alia quedam, aureis litteris distincta, quorum paginæ crucis formam referrent, Quo labore cum vite sumptus tolerare potuisset (si privatus vixisset) fama est.

Auxentius scriba in exercitu Licinii Imp. post Episcopus Mopisvefientis. *Vide Tit. Constantiæ religiose.*

Paulus Diaconus calligraphus fuit. *Vide Tit. Monachorum Obiitæ Seculi.*

Simcon Monachus epistolæ Pauli transcribit. *Vide Tit. Prudentia in paupertate aliorum sublevanda.*

Clemens Pontifex Romanus è regione Cœlii montis, regionis Urbis XII. notarius divitiis, qui res martyrum diligenter perferberent: Anno 94. *Volat. lib. 22. Antrop.*

Julius Romanus P. Constantino imperante instituit Notarium, per quos res Christianorum deferberent. Anno 356. *Ibid.*

Prosper Aquitanus, Leoni I. Pp. fuit ab epistolis, paulò post Ecclesiam Regensem in Æmilia accepit: ubi præter sanctitatem suam ab Ecclesia inter Confessores relatus est. *Sigon. lib. 15. Imp. occid.*

Avus Jordanis Alani historici, notarius fuit Candaci ducis Alanorum, qui à Marciano, & Valentiniano III. Impm. Scythiam minorem, & Mæsiam inferiorem habitandam accepere. *Sigon. lib. 13. Imp. occid.*

Ovo miraculose servatus, multos codices sacros transcripsit. *Vide Tit. Monachorum Obiitæ Seculi.*

Blasius Axaretus, Genuensis tabellio, dux præstantissimus evasit. *Vide Titulum Obscuro orti loco, qui dignitatibus profanis clarere.*

Rodolphus Agricola Frisius literas pingebat elegantissimè, à quarum pictura ad ipsam picturam artem, non sine maxima laude, sibi aditum præparavit. *Gerardus Noviomagus in ejus vita.*

Fr. Procvianus, cognomine Maurus, Sacerdos Patavinus, scriptor artificiosus, supra ccc. characterum varietates effingere poterat. *Bern. Scardæonius lib. 3. classe 14. bist. Pat.*

AUDITIV. QUALIA ORGANA SUNT

Horologia, Campana. *Consule Tit. Usus Mathematicæ G. Mechanicæ.*

Obelisco Ægyptiaco Augustus addidit usum horologii. *Vide Tit. sumptus in fatis, obeliscos, colossos.*

Sabinianus summus Pontifex, Phoca Imperatore, horas dici sono tintinnabulorum distinxit. *Volat. lib. 22.*

Musica instrumenta.

Iocraus rhetoris pater Theodorus fuit Erechtiensis, ex mediis civibus, servos tibiariu opifices habens: unda citè rem

auxit, ut subministrare choro, & filiis erudiendis sumptus posset. Huic tibiariu causa traduxerunt Iocraem in comediis. *Aristo phanes, & Stratis. Plut. in Iocrate.*

Georgius Sacerdos Venetiis oriundus, à Baldrico Comite Pannoniæ Ludovico Pio commendatus, musica hydrantium instrumentum, quod Organon vocant, ad Aquas Græneas conflavit. *Aimon. lib. 8. cap. 113. de Francis, Avent. lib. 4. Amalium.*

Gilbertus Rhenemensis præful, organa, quæ calefacta aqua violentia modulatos emittebant sonos, fabricavit. *Henricus Erfordiensis.*

GUSTUI.

Huc ii, qui Aliment a quacumque gustui humano præparant, de quibus suo Coquorum titulo.

Craca, Regneri pugilis Dani uxor, venesica, epulum ex tritum colobrotum tabo innoxium corpori, animo fallerimum confecerat, & partem quidem feruli albam ex albo serpente paratam Erico privigno, nigram vero creciditidam notis ex duobus serpentibus atris confectam, Rolleo filio proposuit. Ericus degustato ferulo ex utraque parte, bono suo lato, ut erat Urbanus, cranium invertit: Sic inquit, æstuantem mari puppis in proram ferri solet. Comedit inde, omniumque rerum cognitionem admirando modo consecutus est, ita ut ferarum quoque, & avium voces intelligeret. Craca erota cognito, cum inevitabili fati providentiam videret: Erico filium suum Rolletum unicè commendare cepit, ut per edulium partem fructum in fratrem redundare pateretur. Hic est Ericus, qui Diserti nomen meruit, & tandem ad regnum pervenit. *Saxo Grammat. hist. Danor. lib. 5.*

IN CORPUS INSTRUMENTORUM

Opifices, quæ inserviunt Rerum

CAPTURE.

Huc omnium eorum instrumentorum opifices, quibus Venatores, Piscatores, Aucupes utuntur.

TRANSLATIONI DE LOCO IN LOCOM.

QUALES sunt Fabri

Curruum, Rhedarii, Plaustrarii, Carpentarii.

ἀρματορῶν, ἀρματορῶν

Vehiculum, cum quatuor rotis, Phryges: Belgæ effeda vehicula primi invenerunt. *Virg. lib. 3. Æneid.*

Belgica, vel molli melius feret effeda collo.

Erichthonius, parte inferiore draco, dictus est ad occultandum republicam turpidinem quadragis excogitasse. *Virgilius lib. 3. Georgicorum.*

Primus Erichthonius currus, & quatuor ausus jungere equos.

Natal. Comes Mythol. lib. 9. c. 11. Aelian. lib. 3. Variæ hist. quadragis Erichthonio, vel Iregillo tribuit.

Telephanes, cum Cymenem terram coleret, ac in plaustrarii officina serviret, Lydi gravi dominatu pressi, missa legatione liberationis precium plaustrario persolverunt, atque Telephanem servum regem fecerunt. At Cymenensis quidam qui ei currum fabricandum elocarat, dum abitu Telephanis prohiberet, atque multi, ne impedimento esse, jubere: non tamen desistit, sed eum mordace quodam stomacho dixit: sibi permagnum, videri, currum à Lydorum rege confectum possidere. *Heraclides in Politis.*

Maximi Pupieni Imp. Rom. pater Faber fuit ferrarius, vel (ut alii volunt) plaustrorum. *Fulg. lib. 3. cap. 4.*

Villegius 34. Archiepiscopus Moguntinus Fabri plaustrarii F. A quo rota Archiepiscopatus insigne haberi cepit. *Vide Tit. Theologorum decimi Seculi.*

Navium, *Ναυπηγοί.*

Consule Tit. Naviarum: quatenus consideratio Movenis considerationem Organi, quo movet, secum habet junctam.

Thucydides, ac Libanius declamatione quadam testantur, Orinthio omnium primus naves concinnasse, quæ formam præcipue præferrent, frequentior quæ nunc est. Iidem inter Grecos primi tiremes compegisse memorantur: quando & navium fabricator, quem Nauppegum vocant, Aminocles patria Corinthius Samnis naves fertur construxisse numero quatuor. *Cæli. lib. 21. c. 31. A. L.*

Navis, quæ fuit postea inter sidera collocata, in qua navigarunt Argonautæ, ab Argo, qui fuit Arctæctus, extracta est. Dicunt ei à Pelia imperatum, ut clavus tenuibus uteretur. Ille verò eam validissimis compegit. Quare consilio Palladis facta dicitur. Locus, in quo fuit ædificata, viginti stadiis ab Joloco distabat,

distabat, & dicitur à compingendo, Pagafa dictus est, Pagafaeus Jason. Strabo lib. 9. Natal. lib. 6. cap. 10. Mythol. Ex Eone arbore natus Argo factam, scribit Alexander Cornelius: quàm similem facit robori viscum ferenti, quæ nec aqua, nec igni potest corrumpi, sicuti nec viscum nulli alii cognitam, quod eguidem sciam. Plin. lib. 13. c. 22.

Possis Magnes lib. 3. Amazonidis, Glaucum artificem fuisse Argi navis scribit, camque gubernasse, cum Jason purgavit eum Tyrhenis, qui solus evasit non vulneratus in bello navali. Qui postea ex Jovis voluntate in maris profundo apparuit, atque sic factus fuit deus marinus, & à solo Jasone fuit conspectus. Athen. lib. 7. cap. 16.

Phereclus, Paridis ad Helenæ raptum navigaturi naves fecisse dicitur. Hinc Paris apud Ovidium in Epistolis.

Hac duce Sigæo dubias à littore feci, Longa Phereclæa per freta puppa vias.

Harmedem quoque Trojanum fabrum fuisse unum ex eorum numero, qui Paridis Spartam, ituri naves fabricaverunt ajunt.

Navigia Babyloniorum, quæ per flumen Euphratem comment Babylonem, omnia sunt orbiculata, atque coriacea, propter fluminis rapiditatem: quæ pecuarii Armenii, qui supra Assyrios incolunt, ex castris salicibus faciunt, instrumque pellibus, nudo illarum extrinsecus posito in modum soli: neque puppe difcreta, neque prora acuminata, sed in speciem clypei magis orbiculata. Tale navigium stramentis stipatum, fluvio deferendum permittunt, cum aliis, tum verò doliis è parmularum vino onustum: dirigentibus illud duobus cum totidem palis: quorum alter introsum palam trahit, alter exterius pellit. Herod. lib. 1.

Navam portentosa magnitudinis Phoenix quidam qua arte in mare deduxerit, scribit. Athen. lib. 5. c. 6.

LOCATIONI ARCTÆ. Huc.

Vasa quoad Materiam, è qua fiunt. Puta.

Metallica.

Hieram matre Nephthalensis, parte Tyrius summæ in omni metallo opere faciendum peritæ, à Salomone rege Tyro accersitus, consilium omnia vasa ad templum necessaria. Libro 3. Regum, cap. 7.

Coriacea.

Ampullarius, qui ampullas, id est, vascula vinaria corio facit, quæ femoribus alligant viatores, & peregrinantes.

Viminea.

Vasa ex viminibus facta, ut qualos, corbas, teste Servio in primum Georgicorum, Ceres omnium prima monstravit.

Vasa quoad Materiam, quam continent.

Instrumenta quotidiana, & necessaria, velut lecti, sedes, mensæ, supra modum fabricantur apud Spartanos concinæ, & poculum Laconicum, quod cothon dicebatur, in commendatione erat maximè ad expeditiones, ut est auctor Critias. quod aqua, ad quam potandum urgebat necessitas, ne offenderet oculos, tegeretur poculi colore: & quia quod turbidum inerat, impingebat intus, ac labris cohibebatur, potus accedebat oris putior. Hujus rei causa Lycurgus legislator fuit: quippe opifices, ubi discesserunt ab inutilibus, expresserunt in necessariis elegantia. Plut. in Lycurgo.

Vivaria.

Justus doliarius Florentinus, ad D. Petri majoris ædem, nobilitatus à Joan. Bapt. Gello, qui dialogos illos suos chimericos ubi ejus nomen scripsit, quos vocat, Capricci del Cotajo. Martianus Steinbachus victor Selestatienfis. Consul Tit. Hæreticorum.

Olearia.

Autiphanus in libro de rebus: Ditrephes, vasis vinarii prædicitus alis. Hic homo curiosus, & importunus fuit: qui oleagnis vasculis concinendis, locupletatus, magister equirum factus est, & tribunus plebis, homo novus, rapax, improbus. Alii dicunt, in hominem pauperem dici, simulandi, ac dissimulandi nesciam: quasi dicas, qui nihil aliud habeat, nisi doli pedes, & oleæ umbilicum. Suidas.

Vasa quoad Formam. v. g.

Rotunda.

Speusippus Platonis ex sorore nepos, & in Academia successor, primus quo pacto ex gracilioribus lignis capacia, & in

ventre tumencia vascula fierent, invenit. Teste Cæsar apud Laertium.

Vasa quoad Usus. Opifices

Lucernarum.

Cyrus Cambyses fuisse qui postea Perfarum rex factus est, lucernarum opifex fuisse dicitur à Dione Chrystostomo, in oratione de Servitute, & libertate.

Athenis Minervæ signum in arce sanctissimum positum Lucernam ex auro dea Callimachus fecit: in quam oleum infusum non consumitur, nisi exacto demum anno, cum tamen lucerna dies, noctesque ardeat. Id adeo evenit, quod lucerna inest è lino carpsio funiculus: quod limum, unum ex omnibus igni non conficitur. Eminent supra lucernam palma aeneæ: que cum ad lacunar confurgat, exceptum vaporem facile dissipat. Callimachus vero ipse, qui lucernam fecit, etiam multo est infra summos artifices, solertia tamen cæteris longè præstitit. Primum enim lapides tererebat: nomen verò Cacicotechnon, quasi artis dicas fuz calumniatore, aut sibi ipse imposuit, aut ab aliis impostum usurpavit. Pauf. lib. 1.

Hiperbolum Chremidis filium, Charonis fratrem, pravitate, ac versutia in fallendo præfignem fuisse ferunt. Lucernam quandoque fabricavit, vendiditque, sed nec sinceriter, nec citrà fraudem, plumbum immiscebat auri, quod ponderosiores fadæ majus demerentur precium: quoque & perversissimum erat moribus. Hic tamen post Cleonis potentiam ducere popululum Athenis adortus est. Primum (ut ajunt) ex infima nota gradum illum adeptus, cum nobilioris veteri popululum cepisset: ne democratiam solveret. Demum & ipse testulis in casuum pulsus est, ultimus eorum, qui Ostracismum perterulæ, ut commeminit lib. 9. Thucydides, non timore aliquo potentæ, vel dignitatis, verum ob pravitatem, & civitatis dedecus. In Samii profectus, inimicorum insidiis interit, ac defunctus culeo infusus in mare est præcipitatus, quod scribit Theopompus. Hyperboli meminit Antiphon ad Nioclem, & in Bruto M. Tullius: cui simillimum Romæ fuisse prodit Servilium Glauciam, qui sit publice interfectus. Androcydes de eodem sic ferè prodit: de Hyperbolo quidem dicere eubæco, cujus pater inscripto vultu, etiam num in Argyrocopo (ita vocant, ubi eundem turmum) publice servit. Matrem vero vendidit panem, ferunt. Cæli. lib. 6. c. 21. Antiq. Lib.

Craterum.

Apud Delphos crateres duo fuerunt, ex dono Cretsi Lydorum regis: aureus ad dexteram, pondus talentorum octo, & dimidii, argenteus ad sinistram templi, sexcentarum amphorarum capax, in quo miscbatur vinum à Delphis Theophaniz festo, opus Theodori Samii. Herod. lib. 1.

Cochleariorum.

Phocion xpus cognomento, Patre fuit, qui dea Panæ, id est, cochlearia confecerit. Cæli. lib. 12. c. 38. ex Plut. Phocione.

Receptacula. Huc Fabri

Tabernaculorum.

De his bibæ, quatenus locant. At si Ornatum species, Aulea sub tit. Ornatum operum pariter referri merentur.

D. Paulus Apostolus artem texendi tabernacula, seu aulae calluit, & in faciendis tentoriis pelles consuevit doctus fuit: camque artem etiam post conversionem exercuit. Chryso- stomus in octavum caput prioris ad Corinthios.

Menedemus Eretrienfis, pauperis architecti filius, Phædri discipulus, nobilis inter Socraticos philosophus fuisse dicitur, ita ut illi statum fuerit possit. Cum aliquando decretum tulisset ad popululum, quidam ita tetigit illum, ut diceret: Non esse sapientis neque tabernaculum consuevit, neque decretum scribere. Subnotatus: quod ex patre corario natus esset, ipse quondam ejusdem opificii, nam olim tabernacula è pellibus caprarum confuebantur. Laert. lib. 2. cap. 18.

Sellarum.

Dædali opus, lecticaria sella compactilis, Athenis in Polladis Minervæ delubro ostendebatur. Pauf. lib. 1.

Ledorum.

Soterichus faber lignarius, ejus opera prisicam illam, & rudem simplicitatem præ se ferebant. Hinc natum proverbum, Soterichi lecti: de re vili, & minimè ambitiosa. Gellius lib. 2. ex Seneca.

LOCATIONI

LOCATIONI LARÆ. Huc ARCHITECTI IN GENERE, ET IN SPECIE.

Consularum Locus de Architectura.

DEPULSIONI, ABACTIONI. SIVE

ILLA FIAT

Tormentis, Telis.

De quibus inter Organâ Divisio in servientia

Crepitaculis, Infersibilibus.

Quorum alius, Musæ, alius Aves abiguntur.

ALIMONIE. RATIONE HABITA

Materia. Opifices

Paris, Pistores.

Paris consecrationem hic spectamus. Alioqui Pistores, à Pistillo dicti ad opificia, ab instrumento, quo utuntur nomen trahentibus referri debent.

PILUMUS Fauni F. Pitumni frater rationem invenit pin- sendi frumenti, propter quod à pistoriibus colebatur. Pistores five pinsores à veteribus vocabantur, qui tam in pistirino fatim panem pindebant, quam si, qui panem facebant, coquebantque.

ANNUS quidam à Egyptiis cibianorum usum, in quibus panes coquebant, fertur excogitasse. Siquidem prisici pulve, polentaque victabant, eos si panem nescientes. Hinc de novis inventis proverbum, avros ad baros. Erasimus.

PISTORUM magister à Pharaone ob quendam delictum securi percussus, & palo alligatus fuit. Genes. 40. cum prius de morte sua insonitum habuisset, interprete Josepho. Vide Tit. In somnia mortis præfata.

Uxoræ regum quondam pistoriæ exercebant. Vide Tit. Obscuræ loci orti, qui ad maximas pervenere dignitates, sub nomine Perdite.

Mulier ærotopis Creso Halvattis F. vianam servavit. Vide Tit. Gratias loco orti, pro vitæ conservatione.

PHOCIONIS Uxor coram legatis Alexandri Magni pinxit, Vide Tit. Non accipere ea, quæ sola munificentia alterius offeruntur.

THEARION pistor Atheniensis nobilis, ejus meminit Plato in Gorgia, ubi cum illo & Mithacum connumerat, ita enim inquit: Qui boni fuerunt, vel etiam sunt corporum curatores, valde studiosus Thearion pistor, ut mihi videris disasse, & Mithacum, qui Siculum obsonium apparatum conscripsit, ut Sarambus Locusta caupo, quoniam hi admirabiles fuerunt corporum curatores: hic enim egregios panes, iste obsonium, at ille vinum facebat. Aristophanes in Geryda, Æolofycone, Venio ut Thearion pistirum liques, ubi est Cibianorum cibus. Athen. lib. 3. cap. 15.

PISTORES optimos Cappadoces esse, Athen. lib. 3. c. 15. asserit. Archestratus Pœnos, & Lydos apud eundem. Cappadocius panis, mollis intelligitur, cujusmodi in Cappadocia ferè consuevit: eum Syri Lachman vocant: à Græcis à tenuitudine dicitur apalos. Cæli. lib. 8. cap. 20.

PISTORES Romæ non fuerunt ad Perficum usque bellum annis ad Urbe condita super 180. Ipsi panem facebant Quiritis, mulierumque id opus erat, sicut etiam nunc in plurimis gentium. Artopam Plautus appellat in fabula, quam Aulularia scripsit: magna ob id concentratione eruditior, an is versus Postæ filius: certumque sit, Attei Capitonis sententia totum panem lautioribus coquere solitos, pistoresque tantum eos, qui far pindebant, nominatos. Nec cocos vero habebant in servis, coque ex macello conducebant. Plin. lib. 18. cap. 11. Populum Romanum multa secula pulve viditasse ante panem consistat. Fiebat pulvis aqua, frumenti, & fabarum, aut hordei farina, quam in facris, & oblationibus Deorum pro victima adhibere. Qui quidem pistores totum panem lautioribus coquere solebant, reliquæ multitudinis far. Ideo quod farinam pindebant, pistores dicti. Quippe cum veteribus molarum nullus usus foret, sed fruges igne tollant in pilas comectas pinferent: unde & Pistones dictos, ut iidem essent coci, & pistores. Lapis mox temporibus haud longo intervallo, panes facere opus fuit mulierum. ALEX. LIB. 2. CAP. 11.

ROMÆ mox erat, peregrinis in ædes panarias pro errore ingressos, vel etiam per insidias eos d. d. ductos, in pistoriæm servitatem adigere. Quædam Theodosius Magnus sustulit. Sigen. lib. 9. imp. occidit. Socrates lib. 5. c. 18. peregrinos in spelunca latronum captivos deimeri consuevisse scribit in Ciperum pistorem, Marcell. Epigr. lib. 8.

Pistor qui fueras dicit, Ciperæ, Nunc causas agit, & ducenta queris

Sed consumis, & usque mutuaris, A pistore, Ciperæ, non recedis, Et panem facis, & facis farinam.

JOANNES præfectus prætorio Bellisati pistoriæm exercuit. Vide Tit. Avaritiæ sumptuaria circa alimenta.

Sub RUDOLFO Imp. Pistor Tigurinus corbis ignominiam passus (ea est, quod sponte impoliti, & per trochleam in sublimi elati, in subjectum lacum desilire coguntur) domum propriam multis lignis coemptis incendit, ita ut vento incumbente major pars urbis miserè conflagraverit. A. D. 1280. Stumpfius.

GULIELMUS Aquitanicæ quondam, & Provincie dominus, Monachus factus, in omnibus Abbati obediens, pistoriæm exercuit tanta alacritate, & pietate, ut cum scopam, qua prunas exeret, non haberet, fornaci infilerit, & veste eas extraxerit, nulla interim vel corporis, vel vestimenti parte laesa. Marulus lib. 4. cap. 3.

CATTÆ Melatæ ducis clarissimi Pater, pistor fuit Narniensis. Vide Tit. Obscuro orti loco ad magistratus evecti.

VOIDILO ex pistore fit Jagellanis Lituaniæ ducis pocillator. Vide Tit. Regnandi libido ambitiosa.

ANTONIUS à Leva, Caroli V. Cæsaris præfectus, pistoriæm publicam Mediolani inffituit. Vide Tit. Pecunias assidue comparare tributo.

Cum anni constituto prava aliquando fuisset, lolium asfatim tritico innasci contigit. Quod cum neque agricolæ accommodatis ad eam rem cribris exactè purgassent, neque pistores Romani, quod paucus esset tritici proventus: statim quidem multis caput dolere cepit: in eunte verò æstate in cute multorum, qui comederant, ulcera, aut aliud quoddam symptomata, quod succorum pravitate indicaret, est subnatum. Gal. lib. 1. de Alim. facultatibus, cap. ult.

Vini.

Consule Titulum, Agricultura inventores, quatenus exempla vim opificum continent, Cerevisiæ.

Vide Locum de Cerevisiæ.

Oli.

Olei usum MOYSES in facris novit, & columba emissa ex arca à Noe oleæ ramum retulit. Itaque multo vetustior est olei usus apud Hebræos, quam sint à Græcis celebrati inventores fabulosi. Polyd. lib. 3. c. 3. de Invent. rerum.

Carnium, Lanii, Carnium diviores.

Animalia HYPERBUS Martis filius occidere primus instituit, sicut Prometheus, bovem. Plin. lib. 17. Quod magis Abel Adam filio tribuerit, qui omnium primus, ut Josephus est auctor, primogenita suorum gregum Deo immolavit. Manavit postea iste immolandi mos tam ad Abel posteros Judæos, quam ad alias quoque gentes, reique apud eas incitium fecit suillum pecoris genus, si Vartoni credimus, qui lib. de Rebus, cap. 2. ejus opinionis argumentum sumit, ex eo, quod initis Ceteris porci immolabantur, quod in federe feriendo porcus occidebatur, quod in conjunctione nuptiali, nova nupta, & novus maritus primulum porcum immolabat: quod denique prisici Latini, & etiam Græci in Italia idem faciebant. Et illi porci ad sacrificium electi, Esimii porci dicebantur, quod ut majores, & optimi de grege eximerentur. Polyd. de Invent. rerum.

CILICONTA quendam legitimus, Priencisibus patriam prodidisse Miletum, id nobilissimo cuique non modò odiosum, sed & tenuioris fortunæ hominibus. Fuit lanus quidam Theagenes nomine, Syrius. Adierat Cillicon comes empturus: at dissimulato Theagenes odio, ut qui toto animo illi satisfactum cuperet, carniem portionem porrigit. H. tanquam quo superflueret abscessurus. Illo autem manum proferente, elatam copida lanus impexit, resectaque manu addidit generosum dictum: Hac, inquit, ab hinc civitatem prodes nullam. Sunt ex Græcis, qui Cillicon istum ita cognominatum putent, quia Cillicum pravitas, & fevitia infametur passim, quando Achæus illi proprium fuerit nomen: addunt, fuisse, Metropis filium. Cæli. lib. 8. cap. 3. Antiq. Lib.

TER. VARRO Consul, qui ad Cannas ab Hannibale caesus est, Patrem lanium habuit. Val. lib. 3. cap. 4.

Anni Christi 1411. Lutetie Laniorum seditio sæpe orta pro Joanne duce Burgundione, ductu & factione Petri Effici prætoris, qui duces illis dedit Cabocheum certorem. Chronicon Francorum. Vide Tit. Seditionum.

PETRUS CASOLLINUS, & Jacobus Mangiolinus, lanii, Bononiensem libertatem occupant. Gianbrida lanus, è Brugenfi

Togam Tertull. lib. de Pallio scribit à Pelasgis inventam ad Lydos primim, à Lydis deinde ad Romanos delatam fuisse, apud quos diversa ejus fuerint genera. Tunica interior vestis sine manicis, fenatoria, eadem nobis linea proxima carni est: quàm camiliam vocamus. Bulla aurea puerorum nobilium Romano tempore erat, trabea triumphantium, lacerna ludorum spectantium: militum vero paludamentum, chlamys, quæ & Macedonum, Græcorumque abolla, lana, & lagum, quod vulgo fayon, vel cotta dicitur, à quo milites nostros fayagos appellamus. At stola matronarum erat pedes usque demissa, extremaque in parte infinita, fasciola exornata. Polydorus lib. 3. cap. 6.

Anno MDXV. civis quidam Londinensis Ricardus Hun, vestium artifex, amisit infantem filium: propter quod parochus sacerdos ab eo precebat, quemadmodum moris est, lintheolum fidi dari, quo infans involutus fuerat, cum esset baptizatus. Ricardus contra negabat aliquid ei deberi, cum infans nihil ipsius domi proprium habuisset. Ita rixando ambo ad litem intendendam ardebant. & à lite ad malefium rapiebantur, cum facerdos accusatur à Ricardo, quod contra legem illam terribilem, se præmuniri, commississet: & à sacerdote Ricardus hæreses infirmatur, qui ob id impietatis crimen conicitur in carcerem à Ricardo Fixames Londinensi Episcopo, ubi parum mansit, quia non longè post à custode carceris miser reperit laqueo suspensus. Hoc ubi factum exivit in vulgus, pervasivæ per urbem, & jam ad seditionem res spectaret, Henricus IX. Rex protinus jussit Gulielmum Horfæum Vicarium ipsius Episcopi, cum custode, & apparitore curiæ Episcopalis in vincula adripi, quæstionemque de morte hominis constitui. Qua habita, corpus mortuum crematur, ac Gulielmus ad extremum cum focus captivus custodia liberatus, missum factus est. Polyd. lib. 27.

Jacobus Hommil vestiarus, ob artis suæ peritiam à Jacobo III. Scotia Rege ad summam dignitatem evectus, à proceribus capto rege strangulatus est. Appendix Hist. Scotorum.

Arma defensiva. Fabri.

Clypeorum.

Didymaon faber clypei, quem Æneas dedit Niso cursori peractis ludis, qui fiebant in Sicilia ad Anchisæ tumulum. Virg. lib. 7. Æn.

Mamurius fabricavit Saliorum ancylia, qui propterea nomen ejus solebant caneri in fine Salarium carminum. Demetrio Poliorcti Rhodum obsidenti duo ex Cypro alati thoraces ferri fuerunt, pondo uterque quadragenum, quorum firmitatem, & robur opitex ostendens Lolius, intorqueri catapulta ex spacio passuum xxvi. telum jussit. Quo adacto integrum ferrum permansit, ac vix leviter fuit sicut à stylo perstrictum. Hunc thoracem ipse gestavit, alterum Alcimius Epitota, vir omnium, qui in præsidio ejus erant bellicosissimus, alventillimusque, qui solus cxx. pondo armis utebatur, cum cæteri Lx. pondo uterentur. Is pugnans Rhodi fecundum theatrum occubuit. Plut. in Demetrio.

Sarmatæ Nomades ungulas ubi legerint equinas, perpurgas, ac disfectas, ad similitudinem squamarum draconis expolunt. Squamulas perforant, & equinis, vel bubulis nervulis consunt, inde sibi loricas concinnant: quæ neque elegantia, neque firmitate loricas Græcorum inferiores sunt. Ea namque tum cominus, tum eminus percussa, ictus sustinent. Nam lintæ lorice hadquaquam pugnantis utiles, quod ferro vehementius immisso pervia sunt, sed venatoribus certo præsidio sunt: in illis namque leonum, & pardorum dentes retunduntur. Talem loricam Paujanus in Atticis in æde Æsculapii Athenis spectari asserit.

Solarum ferrearum.

Pelethronii primi equorum ungulas ferreis soleis munire cœpere, istædemque primi sunt usi. Polyd. de Invent. rerum.

OPIFICES ORGANI RESPECTU

UTENTIS ACTIVE CONSIDERATI, QUATENUS EO UTENS AGERE DICITUR.

FACULTATEM ANIMÆ. Huc opifices organorum RATIOCINATIONI inservientium.

Cujusmodi sunt Libri, Calculi, Pondera, Mensuræ. De quibus supra, alio respectu.

VISIONI INSERVIENTIUM. Ut spectulorum.

Apud Arcades in templo Heræ, id est, Ceteris, propè Megalopolim, speculum parietinolum fuit, in quo deorum signa, & solium ipsum dilucide cernebantur, at homines minime. Paujanus in Arcadiis.

Speculum argenteum Praxiteles primus fecit Magni Pompeii ætate. Plin. lib. 33. Æsculapius ex plumbo, crytallo, ferro, vitro, specula fieri docuit. Cic. lib. 3. de Nat. deor. Sidonii specula è vitro excogitarunt. Plin. lib. 36. c. 26.

Fenestrarum.

Ha ex varia materia fieri possunt, è papiro, è vitro, è carno, è lapide speculari, è tela incerata. Quatenus è vitro, sic ad vitrarios fabros pertinet. Et sic de cæteris. Hic vsus, illic Materia consideratur.

AUDITIONI COMMODANTIUM.

Sic Musica organa, sic Campanæ, sic Horologia. De quibus, paulò ante respectu Imprestionis suæ.

MOTIVI INSERVIENTIUM. FABRI.

Scalarum.

Euphranon mechanicus, exul Sicyonius, scalas fecit, quibus Aratus urbem conscendit, & à tyrannide Nicoclis patriam liberavit, quod detraheret ei omnem suspitionem artificum. Plut. in Arato.

HABITUM. Huc opifices organorum

THEORICIS STUDIIS inservientium. Cujusmodi sunt.

Libri, Scripturæ.

De Typographiis, de Scribis superius egimus. Res eadem, diversus respectus.

ACTIONI PRACTICÆ commodantium. Puta

Lusus.

Huc omnes ii, qui è qualibetunque materia, organa lusus destinata conficiunt.

Religioni.

Huc omnes, vel Armorum, vel Vasorum sacrorum opifices, quibus infrascriptam divinam procurant.

Mercaturæ. Verbi gratia.

De Argentariis supra inter Commutatorias operas egimus. Hic ipsam Monetæ, sive Pecuniæ opificium consideramus.

Lucius III. Lucensis, Friderico imperante, obtinuit suis Lucensibus, ut Hetrufci non alia, quam Lucensi moneta uti possent: sicut in Transpadana regione Papiensi, anno M.C.XXXII. Volat. lib. 22. Antrop.

Hyperboli Atheniensis demagogus (qui ultimus omnium ostracismo urbe pulsus est) Patet, stigmatas, in Argyropeo (id est, officina ubi cuditur pecunia) publice ferivit. Lilius Gyraldus Dialogo 6. Hist. Poet.

MECHANICIS ARTIFICIBUS

INSERVIENTIUM OPIFICES instrumentum convenientium

Aquilegis.

Ctesibius Alexandrinus spiritus naturales, pneumaticasque res invenit. Plin. lib. cap. 37. Titruvius lib. de Architectura 9. cap. 9. Pneumatica autem organa, quasi dicas spiritalia, sunt machinæ, quibus vi ætris, conceptique spiritus aqua extollitur.

Tormentarii. Verbi gratia

Pulveris pyrici confectores.

Mirabili Alfonso Atestini Ferrariæ ducis ingenio versatilis ex aquæ impetu machina instituta est, ad conficiendam exiguo tempore ingentem tormentarii pulveris copiam. Ab ea namque demissa, clatiq; alternatim ferri plures pistilli in aneas pilas decedentes, carbones, & sulphur, cum sale, & nitro contundebant, tanto compendio, ut plurimum operatum laborem unius tantum regentis pueri cura superaret. Jovius in Alfonso Atestino.

Medici Pharmacopœjæ, & Chirurgicorum instrumentorum fabri.

Pharmacopœjæ cognitio è naturali Philosophia petenda, quatenus φαρμάκων historiam complectitur. Exercitatio mechanica est, bujijq; loci propria. Quod sicut Medico famulari consideres, ejusdem dextra manus vulgò appellatur, sic ad Medicinâ referri potest. Ipsa quinetiam Coquina-ria, quatenus Alimenta medico in facienda medicina usui futura preparat, hic connumerari merebitur.

Militiæ. Huc pertinent

Armorum opifices.

Fabricenses in lib. C. dicuntur, qui armorum, ac telorum in officinis ab Imperatore constitutis fabricandorum jus habebant. nam officina vulgò Fabrica dicebantur: uti scribit Justin. Novell. de armis, xxv. ubi vetat alibi quàm certis, & constitutis locis arma, telave fabricari: jubetque Fabricensium certum corpus esse, & militiam quendam. In lib. 3. C. de Fabric. jubetur fabricenses signata, sive puncta, aut notas publicas in brachiis impressas habere, ut internosci, & latitantes agnosci possint. Hotoman. de Verbis juris.

Opifices Armorum effundentium, vide sub Tit. Arma defensiva. At hic quatenus Militi inserviant.

Chalcis Eubœæ civitas. E Chalcidensium officinis ingens armorum ærocorum, & quadrigarum vis prodit. Stephanus ab officinis ætatis ubi Chalcidi in Eubœa, nomen additum putat. Erasim. in proverbiis. Tandem Chalcidice nobis peperit uxor.

Clemens faber armorum Cracoviensis. Eo pulso, magna orta seditio. Cramerus.

Machinarum bellicarum artifices.

Machina helice quatenus locant propugnantes, vel impugnantes, inter Ædificia referri merentur: bineque aded excellenter Machinariis usumque appellationem traxere, propter operum excellentiam. Quatenus vero instrumenta sunt Agentis, vel defendentia, vel Offendentia, sic inter Militaria opera hoc loco recensentur. At quæ Architectis, Statuariis, Nautis inserviant, alterius sunt generis.

Archimedes Syracusanus, M. Marcelli Cos. Rom. victoriam machinis suis longo tempore elusit, quandiu Virtuti cum Arte certamen fuit. At ubi dolo audior Virtus Artem sibi subiecit, capta est urbs clarissima, & mirabilis ille architectus contra victoris edictum ab imperito milite cæcus, siccum pulverem figuris mathematicis prægnantem sanguine suo saturavit.

Artemon faber machinariis, temporibus fermè Periclis. Qui cum claudus esset, passim suas machinas circumferebat. Athen. in 12. Dipnos. lib. referens hoc proverbium, citat auctorem Chamæleontem Ponticum, qui testatur Artemoni quædam cognomen additum, quod præ deliciis in lecto circumferretur, sive quod is postea accepit voluptuosam, ac mollem agere vitam, eum antea pauper fuisse. Erasim. in proverbio. Artemon veratilis.

Heraclides Tarentinus architectus in Philippis, Persei patris gratiam, solus Rhodiorum classe incendit. Polyanus lib. 5.

Victor Mithridate, Amisum Ponti urbem opulentissimam diu obsedit Lucullus. In causa præfectus erat Callimachus, qui scientia apparatus machinialis, & omnis vi veritatis, cuius in obsidione usus sit, vehementissime fatigavit Romanos. Hic tunc solertia, & consilio est victus Luculli, qui qua diei hora abducere, & reficere consueverat milites, ea adortus est moenia. Quorum cum modicum partem cepisset: ille, vel quod prædam invideret Romanis, vel quod facultatem sibi evadendi frueret, deseruit, incenditque urbem. Plut. in Lucullo.

Capto Byzantio, cum Pricus artifex ob innumeram summam ingeni machinas, quas ibi construxerat Severianæ oppugnationi infestissimas, Imperatori delatus esset: tamen quod id custodiendi municipii sui causa fecisse se diceret, denique propter ejus artem eximiam, qua vix Archimedi concedebat, absolutus est. Xiphilinus in Severo.

Carnificibus.

Perillus faber taurum æneum excogitavit, in quo fontes subiectis ignibus torquebantur. Similiter Aruntius Patereulus. Uterque tamen crudelitatis suæ penas dedit: ille à Phalaride, hic à Centorino Agytia tyranno operis sui specimen exhibere coactus. Fulgos. lib. 9. cap. 2. ex Plinii lib. 34. cap. 8.

OPIFICES ORGANI, RESPECTU UTENTIS PASSIVE CONSIDERATI, QUATENUS EO UTENS PATI videtur secundum

ANIMUM. Quatenus ab organo ERUDITUR. V. G. A.

Pictura, Statuaria.

Has respectu vsus, alio & particulari loco explicavimus. Huc pertinent, quatenus ex tabulis, & statuis patitur homo, quoad internas facultates, ut imaginatio, vel memoria excitetur, confirmetur.

Propertia Rossina Bononiensis, excellentis ingenii mulier, proprio nature ductu in sculpendi artificio, eo pervenit perfectionis, ut cum victoribus suæ ætatis præclarissimis ambiguo certaret eventu: Incidendo minutissima quæque artificij proportionem ad miraculum usque deterrima: Bononiæ ad publicorum monumentorum majestatem representandam daret, cum aliis artificibus adhibita. Illius obitum Clemens VII. Pont. Rom. moleste tulit, eam si vixisset, ad se convocaturus. Georgius Vasarus de claris Pict. & Statuariis.

Philippus Lippus, pictor Florentinus, novo intentionis artificio claruisse dicitur, ut recentioribus artis admiratocibus variandorum habituum dexteritatem ad antiquorum sæculorum mores, & consuetudinem primus ostenderet: Antris quinetiam, & specubus antiquæ habitudinis eam, quam haud quiquam poterat alius, formam graphicè induceret. Georgius Vasarus de claris Pict.

Libris, Scripturis.

Typographos, & Scribas enarrabimus locis propriis. Moneamus tantum hoc eodem loco in considerationem venire posse, diversis respectu.

Æschines scriba fuerat in judiciis, cum perorandi ritui assuetus, naturalem invidiositatem in actum ducere, periclitariq; inciperet. & sine ductore, præceptoreve alio, orator præclarus evaderet.

OBLECTATUR. UT AB

Organis Musicis.

Organa musica, ut Actioni eorum, qui bis utuntur: inserviunt, alterius sunt loci: ut verò Passioni auditorum, ita huc referri debent.

CORPUS QUATENUS V. G.

AB ORGANO SANATUR.

Sic Medicorum Instrumentorū artifices huc referri possunt, & omnium certè remediiorum inventa: quandoquidem probatæ fidei Medici in scriptis priusquam in sui proximi corpore inventum à se pharmacum periclitentur.

De Mithridate Ponti rege memoris prodidit Plinius, & alii: eum summa diligentia ab hominibus sibi subiectis herbarum vires perquisivisse, & præclaræ illius antidoti, quæ ab auctoris nomine Mithridaticum appellari meruit, inventionem, & usum hinc inclausisse, ut ejus beneficio à veneni violentia, quod hauserat maturandi fatalis dici causa, præservatus fuerit.

MOVETUR SECUNDUM

LOCUM.

De bis instrumentis supra, quatenus quis seipsum Movet.

Notus est antiquorum sermo de Dædalo, qui cum iudicium capitis ob liberatum Theseum expavesceret, alas finxisse, si-bique, & Icaro filio, quibus ex Labyrinthi captivitate evascent, adplicuisse perhibetur.

LOCATUR.

Vide Opifices Ædificiorum. TEGITUR.

Hac vestimentorum, Armorum opifices, De quibus suo Loco.